reaſſumantur decretaque Stylo Ruthenico extra-
dantur. Item tum Rex Ser.mus responsa dabit,
et scribat ad Nos Ruthenice, quemadmodum nos
solemus; Idque Lege firmetur.

16. Apparamenta Metropolitæ post fata Metropolitæ
Non Uniti Balaban restituantur; Item summæ
pecuniariæ, quæ manserunt post mortem Koson
Metropolitæ, reparandæ Ecclesiæ Cathedrali
S. Sophiæ Kioviensi serviant.

17. D. Tetera restituat nobis Iura, Privilegia Thesau-
ros Exercitus Zaporiensis iniuste haebentes apud
se debentos, et in Poloniam transumptos. Item
dicendum de Apparamentis Archimandritæ
Konensis H. d. Tetera possessis et nisi restituat
hereditates ipsius Wisoch, Rafalouch, Kiro-
wiech, noviter exemptæ dispositioni nostræ
subiaceant.

18. Idem D. Tetera filiam defuncti Kovalevschi
cum Thesauris et Suppellectilibus apud se de-
tentam restituat mihi Cel.mo Exercitum
tanquam Tutori.

19. Fortalitia Biatocerkiew dictum siquidem nostris
viribus semper defenditur et presidio tenetur
Regni, cedat dispositioni et presidio nostro, li-
ceatque Armaturam Cosaticam induere.

20. Ut sit stabilis et perpetua pax inter Exercitum
Zaporosisiensem, et Regnum Poloniæ ex dimidant